

Obra protegida por direitos de autor

OFFICIA
CANONICCRVM REGULARIVM,
CONGREGATIONIS

SANCTAE CRUCIS
CONIMBRICENSESIS

Ordinis Sancti Augustini, secundum Regulas Bre-
ueriarum Romani, ex decreto sacro sancti
Consilij Tridentini sub Pio V. L. L. 90.
Pont. Max. restitutis.

Ab eodem sanctiss. domino nostro Pio V.
Pont. Max. eisdem Canonicis Regul.
coramissa & confirmata.

Quibus additū fuit Officium Angeli Custodis huius Regni,

Susti  nuit.


On folio de
dico Agost? Dulces Clavos,

Dulce Lignum,

CONIMBRICÆ,

Apud Ioannem Barrerium Typogr. Reg.
Iussu Reuerendi Patris Generalis Ordinis Canonicorum
Regularium eiusdem congregacionis Sanctæ Crucis.

M. D. LXXXIII.



¶ Ut in hoc volumine, emendatiora omnia essent,
& dilucidiora, quam antea, diligēs opera data est:
in quo, nihil eorum quae adiuncta fuerant abla-
tum est sed ordo tantum, cum aliquibus orationi-
bus commutatus, ut quisque videre poterit.

¶ Notandum tñ quod pag. i. in rubrica quae dicit,

In festo S. Aquili. { Sic est le- } In festo S. Aquili-
ni Episc. & mart. { gendum. } ni mart. taucum,

¶ Et quoniam his nouis officijs sancte hac additum
erat aliud S. Thomæ Cantuariensis Episcopi, quod
idem ex integro in Breuiario habetur: ideo hic
omissum fuit.

¶ In fine huius libri pag. 72. habentur suffragia seu
commemorations dicendæ post Vesp. & Matut.
quas recens adiecimus.

¶ Notandum etiam quod Octobris. 10. quo fit de
S. Ioanne Confess. proprius dies erat secundæ trā-
lationis, S. August. quæ propter illud festum in se-
quentem, qui est. ii. transfertur.

PIVS PAPA V.



D PERPETVAM rei memoriam,
Licet ecclesia Dei sponsa tunc veræ iubilations suæ fructum reportet, cùm Christi fidelles omnes ad precum effundendarum exercitium excitat, eundemq; orandi, psallendiq; ritum, & morum omnibus proponit, alienum tamen à ratione minnè censendum erit, si aliquos sanctorum quorundam patrocinio specialius suffultos, ad eorundem particularem venerationem, etiam per crebras illorum cōmemoraciones sese excitate permiserit, ut peculiare ipsorum meritum agnoscentes, eorum quoque vestigia sequi quād maximē studeant.

Hinc est, quod nos licet alias ex certis tūc expressis causis omni alio Breuiarij vñu interdicto, Breuiarium, quod imprimi curuimus, ac psallendi, precandiq; formulam in omnibus vniuersi Orbis Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, & locis etiam exemptis in quibus iuxta ritum Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut consuevit, sub certis modo, & forma seruari mandauerimus, statuentes Breuiarium ipsum nullo unquam tēpore in toto, vel in parte mutandum, aut ei aliquid detrahendum, ac alia fecerimus, prout in ipsis literis, quas in cuiuslibet Breuiarij prædicti principio imprimi voluimus, plenius continetur: attendentes tamen dilectos filios Canonicos Regulares cōgregationis Lateranenij, ordinis Sancti Augustini, eorum partem, ac primam apostolici illius ordinis Reformatorem Sanctam Augustinam prædictū, ac præterea insigniores eiusdem ordinis sanctos martyres ac confessores, quorum meritis eadem coaggregatio per orbem propagata, & illustrata extitit, & in dies eiusdem congregationis personæ adiuuantur, atque proteguntur, debita, ut par est, veneratione cupere, in corum præsertim diebus, quibus in Domino oderuntur eiusdem obtigit, celebrare. Nos propterea piū eorum desiderium plurimū in Domino cōmendātes, Motu proprio: nō

ad dictorum Canonicorum, seu aliquius eorum super hoc nobis
oblatae petitiois instantia, congregationi dictorum canonico-
rum concedimus primū, q[uod] ultra consuetas sancti Salvatoris La-
terane[n]t, & sancti Augustini predicti eorum patris ad Vesperas,
& Laudes cōmemorations, eiusdem Sancti Augustini festū die
vigesima octaua Augusti occurrent, & per totam illas octauā
tam in Canonicis horis, quam in Missæ celebrationē, prout ha-
bitus celebrare possint, videlicet in ipsi quidem die, & octaua
sub duplīci, infra octauas autem sub semiduplici cū cōmemora-
tione festorum simplicium occurrentium. De decollatione autē
Sancti Ioannis Baptistæ fiat suo die cū cōmemoratione octauæ.
De Dominica autem si occurrat infra octauas, fiat de ea cum cō-
memoratione octauæ, sive antea in ipsa die, vel octaua Domini
ca occurrerit, fiat de sancto cum Dñicæ cōmemoratione, cum
Antiphonis videlicet, Hymnis, Respōsorijs, ac reliquijs ipsorū
Canonicorū proprijs ordinatis a Diuo Thoma Aquinato iuxta
eorum antiquum morem, seu & prout melius, ac congruētius
videbuntur, ab ipsis reformandis, dū tamen tres primæ lectiones
sive de ictiputra, intra octauas quidem de occurrente, in ipso au-
tem die, & octaua de scriptura assignata ab ipsis Canonicis, atq;
congruētius eidem festo aptata: medie tres, partim de vita eius-
dem patris collecta è dictis eiusdem, in libris præcipue confes-
sionum, nec noa & Possidonij eius contemporanei, ac socij, qui cū
per annos quadraginta cū eo familiarissime vixisse, vitam etiā
eius veriori, & integriori modo descripta, partim de sermoni-
bus eiusdem patris de communī vita clericorum. Tres verò po-
stremæ lectiones de Homilia sancti Ioannis Crysostomi super
Euangelium Matthei. **Vos autem salteri**: pariter & eius con-
versionem die quinta Maij cum lectionibus ut supra authenticis
ex ipso Sancto Augustino, & Possidonio. Nec nō & cum lectio-
nibus in ultimo Nocturno Diui Grægorij Papæ: super Euange-
lio Lucæ: **Eranz appropinquantes ad Ielum Publicani, & pecca-**
tore: primam quoque eius, quæ undecima Octobris, & secū-
dam, quæ ultima die Februario occurrit, translationes, nec non

XVII

INDEX OFFICIORVM
Canonicorum Regularium congregati-
onis sancte Crucis Conimbricensis
secundum ordinem Mensiam.

MENSE JANVARIO.

- Die 29. Aquilini Martyris tantum. fol. 1.
Die. Cōmemoratio S.P. August. fol. 71.

MENSE FEBRVARIO.

- Die 6. Guarini Episc. & confess. fol. 2.
Die 18. Theotonij primi S. †. Prioris fol. 4.
Die 28. Trällatio secund. S. P. August. fol. 11.

MENSE MARTIO.

- Die 1. Albini Episcopi & confess. fol. 13.
Die 2. Herculani Episcopi & confess. fol. 45.
Die. Cōmemoratio S. P. August. fol. 71.
Die 17. Patritij Episc. & confessoris. fol. 16.

MENSE APRILI.

- Die. Cōmemoratio S. P. August. fol. 71.

MENSE MAIO.

- Die 4. Monicæ matris S. P. August. fol. 17.
Die 5. Conuersio S.P. Augustini. fol. 21.
Die 16. Vbaldi Episcopi & confess. fol. 26.
Die 20. Iuonis Episcopi & confess. fol. 28.

MENSE IVNTO.

- Die. Cōmemoratio S. P. August. fol. 71.
Die 15. Bernardi confess. tantum. fol. 29.

MEN

INDEX

MENSE IULIO.

- | | | |
|------|----------------------------|----------|
| Die. | Cōmemoratio S. P. August. | Fol. 71. |
| Die. | ANGELI CVSTODIS hui Regni. | fol. 31. |

MENSE AVGVSTO.

- | | | |
|---------|----------------------------|----------|
| Die 18. | Agustini P. N. cum oētaua. | fol. 43. |
|---------|----------------------------|----------|

MENSE OCTOBRI

- | | | |
|---------|------------------------------|----------|
| Die 10. | Ioannis confess. non Pont. | fol. 62. |
| Die 11. | Trāslatio prima S.P. August. | fol. 64. |

MENSE NOVEMBRI.

- | | | |
|---------|-----------------------------|----------|
| Die. | Cōmemoratio S. P. August. | fol. 71. |
| Die 19. | Frigdiani Episc. & confess. | fol. 65. |
| Die 21. | Gelasij Papæ & confess. | fol. 68. |
| Die 24. | Prosperi Episc. & confess. | fol. 67. |

MENSE DECEMBRI.

- | | | |
|---------|--|----------|
| Die 2. | Aniani Episc. & confess. | fol. 69. |
| Die. | Cōmem. S. P. Augustini. | fol. 71. |
| Die 29. | Thomæ Archiepisc. & Mart.
Canonici Regularis. | fol. 71. |

FINIS.



INDEX ALIVS
secundum ordinem Al-
phabeticum.

Mar. 1.	Albini Episcopi & confess.	Fol. 13.
Decēb. 2.	Aniani Patriarchæ & cōfess.	fol. 69.
Ian. 29.	<u>Aquilini martyristantum,</u>	fol. 1.
Iulij.	<u>Angeli custodis huius Regni,</u>	fol. 31.
Aug. 28.	Augustini Patris Epif. & cōf.	fol. 43.
Iun. 15.	Bernardi cōfess. non Pontif.	fol. 29.
Maij. 5.	Conuersio S. P. Augustini.	fol. 21.
Nou. 19.	Cōmemoratio sancti P. Aug.	fol. 71.
Nou. 21.	Frigdiani Episc. & confess.	fol. 65.
Feb. 6.	Gelasij Pape Canonici Regul.	fol. 68.
Mar. 2.	Guarini Episc. & confess.	fol. 2.
Oct. 10.	Herculanii Episc. & martyr.	fol. 15.
Maij. 20.	Ioannis confess. non Pōtif.	fol. 62.
Maij. 4.	Iuonis Episc. & cōfessoris.	fol. 28.
Mart. 16.	Monicæ matris D. P. August.	fol. 17.
Nou. 24.	Patricij Episc. & confess.	fol. 16.
Feb. 18.	Prosperi Episc. & confess.	fol. 67.
Decē. 29.	Theotonij primi S. P. Prioris confess.	fol. 4.
Oct. 11.	Thomæ Archiepisc. & mart.	fol. 71.
Feb. 28.	Canonic. Regul.	fol. 64.
Maij. 16.	Translatio prima S. P. Aug.	fol. 11.
	Transl. secūda S. P. August.	fol. 26.
	Vbaldi Episcopi & confess.	
	F I N I S.	

MORTIS REDEMPTIONEM.



MORTIS REME DIVM.

**PROPRIVM SANCTORVM
CANONICORVM REGULARIVM
SANCTI AVGVSTINI.**

**Qui ab ipsis celebrantur ad formam officij noui
redactum. Ex Apostolica concessione &
authoritate Pij V. Pont. Max.**

FESTA IANVARII.

Die 29 A

**Sancti Aquilini Epis-
copi & Martyris.**

Oratio.

DEVS pro cuius fide beatus Aquilinus gladijsim piorum occubuit: dabo quæsumus, ut eius virtutem congrua deuotione secedemur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno leguntur lectiones de scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

**Excahal. sanct. lib. II.
cap. vii.**

AQuilinus Herbipoli in Bauaria claris parentibus genitus: ab infantibus annis cœlo erectus, cum quosdam ex condiscipulis optimatum filijs haeretica prauitate infectos represerat, Christū ex Maria virili semine propagatū asserentes, adeo contra illum errorem inuehi cœpit, ut, re postea ab Episcopocomperta, cù aduersus eam haeresim vehementius episcopus ipse disputasset, atque catholicam asseruerat.

B ve-

FESTA APRILIS.

Commemoratio S. P.
Augustini.

Omnia fiunt ut.

FESTA MAII.

Die 4. E.

In secundis vesperris in-
uentionis sanctæ Crucis
die 3. Maij. fit com. san-
ctæ Monicæ Añæ.

Veni Sponsa Christi ac-
cipe coronam quam tū-
bi dominus præparauit
in æternum Allel. Allel.

¶ Specie tua & pulchri-
tudine tua Allel. ¶ In
tende, prospere, proce-
de & regna. Alleluia.

ORATIO.

E Xaudi nos De⁹ salu-
taris nř, vt sicut de-
btæ Monicæ festiuitate
gaudem⁹: ita pię deuoti-
onis erudiāmūr affectu.
Per. Ad Matut. IBBITAT.
Laudemus Deū nostrū
¶ In confessione beatæ
Monicæ. All. ps. Venite.

Hymnus.

H Vius obtentu, Deus
alme noītris,
Parce iam culpis, vitia
remittens,
Quo tibi puri, resone-
mus alnum.

Pectoris Hymnum.

Gloria Patri, genit&q;
proli:

Et tibi cōpar, vtriusq;
semper:

Spiritus alme, Deus vñ
omni:

Tēpore secli. Amē.

¶ In primo Noct. Añæ.
O quam pulchra es ca-
sta generatio cum clari-
tate. Allel, **Pia!**

D omine dominus no-
ster. Cœli enarrant.

D omini est. ¶ Specie
tua & pulchritudinę tua
Allel. ¶ Inter de pro-
spere, procede & regna
Alleluia.

De Epistol. Beati Pauli
Apost ad Thimo. i. c. 5.

Lectio prima

VIduas honora, quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua, filios aut nepotes habet: discant primum, domū suam regere: & mutuā vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptū est coram Deo. Quæ avertēre vidua est, & desolata: speret in Deū, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. **R**e. Veni electa mea, & ponam in te thronum meū. * **Q**uiā cōcupiuit rex speciē tuam. Allel. **V**. Specie tua & pulchritudinetua, intēde prospere procede, & regna. Quia concupiuit.

Lectio secunda

ET hoc prēcipe, ut irreprehēsibiles sint. Si quis autem suorū, &

maxime domesticorū, curā non habet: fidē negauit, & est infideli dētior. Vidua eligatur, nō minus sexaginta annorū quæ fuerit vnius viri vxor: in operib⁹ bonis testimoniū habēs: Si filios educauit, si hospitioire cepit, si sanctorū pedes lauit, si tribulationē patiētibus subministravit si omne opus bonū subsequita est. **P**l. Diffusa est gratia in labijstuis. * Propterea benedixit te Deus in æternū. Allel. **V**. Specie tua & pulchritudinetua intēde p̄spere procede & regna. Propt.

Lectio. iii.

ADolescētores autē viduas deuita. Cū enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volūt: habentes damnationē, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul

FESTA MAI

autem & otiosæ, discut
circumire domos: non
solum otiosæ sed & ver
bosæ, & curiosæ: loqué
tes quæ non oportet.
Volo ergo Iunioresnu
bere: filios procreate,
matres familias esse: nul
lam occasione dare ad
uerfario maledicti gra
tia. Jam enim quædam,
cōuersæ sunt retro post
Satanam. Si quis fideles
habet viduas, submini
stret illis: ut non graue
tur ecclesia: ut ijs, quæ
veræ viduæ sunt, suffi
ciat. **R.** Specietua.
Et pulchritudinetua. *
Intende prospere pro
cede & regna Allel.

¶ Diffusa est gratia in
labijs tuis: propterea
benedixit te Deus in æ
ternū. Intende. **Glo**
ria. Intende.

¶ In scudo nocturno.
Aña. Specietua, & pul

chritudine tua, intende
prospere, procede & re
gna Alleluia. **Psal.** Eru
ctavit Deus noster **M**a
gnus dominus. **V.** Ad
iuuabit eam Deus vultu
suo Alleluia. **R.** Deus
in medio eius non cō
mouebitur. Alleluya.

Lectio quarta.
Ex venerabili Mapheo
Vegio lib. de Laud. Be
atæ Monicæ.

Monica sobria, pu
dica, & in timore
domini ab infantibus
annis, quam maximè fū
data: omniq; virtutum
genere, mirifice exor
nata: vbi plene, facta est
nubilis, nobili, sed non
Christiano viro Patri
tio, tradita est in matri
monium. Qui cum esset
ira præferu. dus, atque
omnino ferocissimus,
benevolētia tamen præ
cipuus: ita nouit pru
dēs,

dés, & pia vxor, illi conuersari, ac pie subijci: omninoq; illi nūquam resistere irato, vt nūquā omnino auditū fuerit: Patriū vel vxorem cæcidisse: vel villam inter eos domesticanī fuisse, vnius dīei dissētionem.

B. Propter veritatem, & māsuetudinem, & iustitiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua Allel. **Y.** Specietua, & pulchritudine tua: intē de prospere, procede: & regna. Et deducet.

Lectio quinta.

Quare castis adeo morib⁹, illi se pulchrā reddidit, ac reuerē ter amabilē quin & admirabilem: vt assiduas pro eo, ad dominū fundens preces: illum deum: sub extrema eius vitæ tempora, domino merueritc ōciliare. Quic

vita functo, castam, & operibus misericordiæ intētam viduitatem agebat. In assiduis vero ad Deum orationibus, profilio Augustino, qui in Manichæorum sectā, inciderat: lacrymas effundidebat. **Q**uem etiam Mediolanum sequuta, frequenter hortabatur vt ad episcopū Ambro sium se conferret. Quid cum ille fecisset, eius, & publicis cōcionibus, & priuatis colloquijs: fideli veritatem edoctus, ab eodē est baptizatus. Cum annum ætatis suæ ageret trigesimum tertium. **X.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Propterea vnxit te Deus, Deustu⁹ oleo leticie alleluia. **Y.** Propter veritatē, & māsuetudinē, & iustitiā. Propt. **Lectio sexta.**

D ij

Qui

Quoniam in Africā
reuerentes, cū ad
ostia Tybetina consti-
tissent: filioq; ipsa, post
dulcissimā, amborū de
æterna beatorū vita col-
loquutionem, ac suauissi-
mā degustationē: nul-
la se re amplius in hac
vita delectari, aut reti-
neri dixisset, cum eum
iam, nedum, vt concu-
pierat, Christianum:
sed, & dominoto eo cor
de inseruientem, vide-
ret. Ecce paulo post in
febrem inoidit. Quo in
morbo, cum eam, quo-
dam die anima defecis-
set, vt se collegit. Vbi,
inquit, eram? & astan-
tes intuens, eam, potius
in patria mori, deside-
rantes: ponite hic, in-
quit, corpus meum: nul-
la vos eius cura contur-
bet, tantum vos rogo,
vt ad altare domini mei

mineritis mei Nono au-
tem die, beata mulier,
religiosissimam animā
Deo reddidit. **R.** Fal-
lax gratia, & vana est
pulchritudo, * Mulier
timens Deum ipsa lau-
dabitur Alleluia. **R.** Da
te ei de fructu mīnuū
suarum, & laudet eam
in portis opera eius.
Mulier. **Gloria.** Mu-
lier.

Intertio Nostr. Aña.

Nigra sum sed formo-
sa, filiae Ierusalem: ideo
dilexit me rex: & intro-
duxit me in cubiculum
suum Alleluia **Psalm.**

Cantate j. **O**mninus re-
gnauit. **C**antate. ij.

V. Elegit eam Deus &
præelegit eam Allel.

R. In tabernaculo suo
habitare facit eā. Allel.
Lectione sancti Euangeliū
secundū Lucam. c. 7.

Lectione septima.

Nillo tempore: ibat Iesus in ciuitatem quae vocatur Naim: & ibat cum illo discipuli eius & turba copiosa: Cum autem appropinquaret portae ciuitatis, ecce de cunctis efferebatur, filius unicus matris suae & reliqua.

nomilia venerabilis.

*Maphei Vegij
laudensis.*

Legimus nuda & aperta, sancti Euangelij verba vidimus plorantis vidue filium, a salvatore nostro Iesu, vita restitutum: vidimus, & tantum simul diuinæ potestate miraculū venerates plurimum delectati sumus. Quod si tamen dulcis nobis vius est, ipse sacrorum verboru cortex, quid putatis sentiemus, quid sustabimus amplius, si etiam latentem, receditumque

eorum sensum, altiusque mysterium introspicere: indagantesque, plenius haurire voluerimus?

R. Pulchra facie, sed pulchrior fide es, beata Monica, respuens mundum, letaberis cum Angelis. * Intercede pro omnibus nobis. Alleluia.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Intercede.

Lectio. viii.

Nam cum omnes salvatoris nostri actiones, praetendant etiam figuram aliarum rerum mysticū quiddam semper continentest: hoc vero praesertim, Euagelij huius tam rarū, tamque mirificū, atque excellens factū: non magna, sine ingētis cuiuspiā futurā rei pīfiguratione, consumatum esse confiteri

D iiiij de-

debemus. Quid vero aptum & accommodatum magis, ne dicam præstas, & illustre, huic afferti queat, quā sanctissimæ Monicæ, cuius presentem festum diem agimus, pium, dulce, ac omnibus consecrādum literis monumentum? Legimus mortuum filium unicum, flentem matrem viduā, Iesum misericordia mortem suscitantem. **R.** Regnū mundi, & omnē ornatum sæculi cōtempsit, propter amorē domini mei Iesu Christi. **Q**uem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Alleluia. **V.** Eructauit cor meum verbum bonum. Dico ego opera mea regi. **Q**uem. **G**loria Patri & Filio. Quem vidi.

Lectio nova.

Conuertamus hac aciem mentis nostræ, cōtemplemur tam insigne in sterium. hic est enim ille vere mortuus filius, Augustinus inquam, qui Christo grauiissime infensus: æternam nimirum animæ mortem obierat. Hæc est illa vere flens mater vidua: hæc illa pia mater Monica, quæ filium, veræ fidei aduersantem, Christoq; mortuū, diu atque amare deheuit. Hic ille idem suscitator Iesus, qui misericordia mort⁹ super eā, dixit illi: nolli flere. Tu autē dñe. **A**d Laudes & per horas. **A**ña. **D**um esset rex in accubitu suo, nadus mea dedit odo rem suavitatis allel. **P**s. **L**ūis regnauit. **C**um reliq. de **D**ominica. **A**ña. In odo rē vnguentorū tuorum

cur-

currimus: adolescentia
et dilexerunt te nimis
Allel. **Aña.** Iam hyems
transiit, imber abiit, & re-
cessit, Surge amica mea
& veni Allel. **Aña.** Veni
electa mea & ponam in
te thronum meum Allel.
Aña. Iste est speciosa in
ter filias Hierusalem. All.

Capit. Proverb. 31.

Mulierem forte quis in-
ueniet? procul & de vlti-
mis finib⁹ preciū eius,
cōfidit in ea cor viri sui
& spolijs nō indigebit.

Hymnus.

Huius obtentu, Deus
alme nostris,
Parce iam culpis, vitia
remittens,
Quo tibi puri, resone-
mus alnum,
Pectoris hymnum.
Gloria Patri, genitæq;
proli,
Et tibi cōpar, utriusq;
semper,

Spiritus alme, Deus v-
nus omni,
Tempore seculi. Amen.
V. Diffusa est gratia in
labiis tuis. Alleluia.
R. Propterea benedi-
xit te Deus in eternum.
Allel. **Ad Bns. Aña.**
Simile est regnū cœlo-
rū, homini negotiatori,
quærenti bonas marga-
ritas, innuēta autem una
prætiosa, dedit omnia
sua & cōparauit eam.
Alleluia, Alleluia.

Oratio. vtiupr.

Ad iiii. **Aña.** In odorem.
Capitulum Prou. 31.

Mulierem forte. **R. bre-**
Specie tua & pulchritu-
dine tua Allel. Allel.
V. Inte de prospere, pro-
cede, & regna Allel.
Gloria Patri. Specie tua
V. Adiuuabit eum De⁹
vultus suo Allel. **R.** De⁹
in medio eius non cō-
mouebitur. Allel.

regrinatione, offendat ad lapidem pedem suū.
Quis enim per calleū huius māndi, securus tentaret incedere: ubi inimici nostri tam visibiles, quam inuisibiles, tot scandala, ut offendamus, abscondunt. Tot laqueos, ut capiamur, extendunt: nisi sanctos Angelos adiutores, & custodes desuper nobis crederemus esse concessos? hi sunt profecto ciues beati, illius supernæ ciuitatis Hierusalem, quæ sursum est maternostro: Omnes in ministeriū missi, propter eos, qui hereditatē capiunt salutis: ut eos liberet ab inimicis, & custodiāt in omnibus vijs suis confortet, moneat, doceat, orationes quoq; offerant in cōspectu diuinæ maiestatis **R**. Mu-

ro tuo inexpugnabilicir cūcīgenos dñe. * Et armis tuæ potentiaæ protege nos. **V**. Emitte dñe Angelum tuū, qui custodiat nos in omnibus vijs nostris. Et armis.

Lectio vi.

Habetiam Angeli diligūt homines conciues suos per quos suæ ruinæ scissuras, vehementi charitate, & affectu, expectant restaurari. Ideo non metuunt, imo profecto gaudent, in illa æterna beatitudine, nos semper secum habere consortes. Ideo ingenti cura, vigilante studio & solicitude, adjūnt nobis, in locis, & horis prouidentes & succurrentes in omnibus necessitatibus, & periculis nostris. Sunt etiam solliciti, discurrentes inter-

nos

nos & Deum, vt im-
petrent nobis suæbeni-
gnitatis facilem propi-
tiationem: & referant
nobis, diuinæ gratiæ be-
nedictionem. **R.** Ex-
pugna dñe impugnâtes
nos. * Et liberanos de
inimicis nostris. **V.** Fiât
viæ illorum tenebræ &
Angelus dñi persequens
eos. Et libera. **Gloria**
Patri. Et libera.

¶ Intertio Nostrur. Aña.
Immisit Angelū suū dñs
in circuitu timentiū eū,
& de multis tribulati-
onibus eripuit eos.

Piælmus.

Benedicam dominū
in omni tépore, sem-
per lausei⁹ in ore meo.
In domino laudabitur
anima mea: audiant mā-
sueti, & lœtentur.

Magnificate dominum
mecum: & exalte mus
nomen eius in idipsum.

Exquisiui dominum, &
exaudiuit me: & ex om-
nibus tribulationibus
meis eripuit me.

Accedite ad eum, & il-
luminamini: & facies
vestræ non cōfundétur.
Iste pauper clamauit,
& dominus exaudiuit
eum: & de omnibus tri-
bulationibus eius salua-
uit eum.

Immittit angelus domi-
ni in circuitu timentiū
eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quo-
niam suavis est dñs bea-
tus vir, qui sperat in eo.

Time te dñm omnes san-
eti eius, quoniam nō est
in opia timentibus eum.

Diuines eguerunt, & esu-
rierunt: inquirentes au-
tem dominum non mi-
nuerunt omni bono.

Venite filij, audite me:
timorem domini doce-
bo vos.

Quis

Quis est homo, qui vult vitam: diligit dies vide-re boros?

Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.

Diuerite à malo, & fac bonum: inquire pacem & persequere eam.

Oculi domini super iu-stos: & aures eius in pre-ces eorum.

Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memo-riam eorum.

Clamauerunt iusti, & dñs exaudiuit eos: & ex om-nibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus his, qui tribulato sūt corde: & humiles spiritu salua-bit.

Multæ tribulationes iu-storum: & de omnibus his liberabit eos dñs.

Cuicedit dominus om-

nia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pes-sima: & qui oderunt iu-stum delinquent.

Redimet dominus ani-mas seruorum suorum, & non delinquēt omnes qui sperant in eo. **G**loria.

Aña. Immisit Angelum suū dñs in circuitu timé-tiū eum, & de multis tri-bulatiōibus eripuit eos.

Aña. Adorate dominū omnes Angeli eius, quo-niam dominus custodi-uit animas seruorū su-orum & de manu pecca-toris liberauit eos.

Psalinus.

Dominus regnauit exultet terra: læ-tentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in cir-cuiteius: iustitia & iu-dicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præce-

FESTA IVLII.

det: & inflamabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Dñi a facie dñi omnis terra.

Annūcianauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt ones populi gloriam eius. **C**onfundantur omnes, qui adorat sculptilia: & qui gloriabantur in simulachris suis.

Adorate eū omnes angeli eius audiuit & lætata est Syon.

Et exultauerunt filiae Iudeæ: propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem teram: nimis exaltatus es super omnes Deos.

Qui diligitis Dñm, odi te malum: custodit dñs animas sanctorum suo-

rum: de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & reætis corde lætitia.

Lætamini iusti in Dño: & cōfitemini memorię sanctificationis eius.

Gloria Patri. **A**na. Adorate Dñm omnes Angeli eius, quoniam Dominus custodivit animas seruorum suorum, & de manu peccatoris liberavit eos. **A**na. Benedicte Domino omnes Angeli eius, & notas nobis facite vias eius, & liberate ab interitu vitā nostram. **P**salmus.

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intrame sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino: & noli obliuisci oēs retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:

qui

Qui sanat omnes infirmi-
tates suas.

Qui redimit de interitu
vitā tuam: qui coronat
te in misericordia, & mi-
serationibus.

Qui replet in bonis de-
siderium tuū: renouabi-
tur ut aquile, iuuēt⁹ tua.
Faciens misericordias
Dominus, & iudiciū om-
nibus iniuriam patien-
tibus.

Notas fecit vias suas
Moysi: filijs Israel volū-
tates suas.

Miserator, & misericors
Dominus: longanimis,
& multum misericors.

Non in perpetuū irasce-
tur: neque in æternū cō-
minabitur.

Non secundūm peccata
nostra fecit nobis: neq;
secundū iniquitates no-
stras retribuit nobis.

Quoniam secundūm alti-
itudinē cœli à terra: cor-

roboranit misericordiā
suam super timentes se.

Quantum distat ortus
ab occidente: longe fe-
cit à nobis iniquitates
nostras.

Quomodo miseretur
pater filiorum: misertus
est Dominus timetibus
se: quonia m. ipse cognoscit
figmentum nostrū.

Recordatus est, quoniā
puluis sum⁹ homo sicut
fænum dies eius tanquā
flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertrā-
sabit in illo, & non sub-
sistet: & non cognoscet
amplius locum suum.

Misericordia autem dñi
ab æterno, & usq; in æter-
num, super timentes eū.

Et iustitia illius in filios
filiorum: his, qui seruat
testamentum eius.

Et memores sunt bia-
ndatorum ipsius: ad faci-
endum ea.

Do-

FESTA IVLII.

Dominus in cœlo para-
uit sedem suam: & reg-
num ipsius omnibus do-
minabitur.

Benedicite dño omnes
angeli eius: potétes vir-
tute, facientes verbum
illius: ad audiendam vo-
cem sermonum eius.

Benedicte domino om-
nes virtutes eius: mini-
stri eius, qui facitis volú-
tatem eius.

Benedicite dño omnia
opera eius: in omni lo-
co dominationis ei⁹ be-
nedic anima mea domi-
no. **Gloria Patri.**

Aña Benedicte domi-
no omnes Angelı eius,
& notas nobis facite vi-
as eius, & liberate ab in-
teritu vitam nostram.

V. Mitte domine Ange-
lum tuum de cœlis. **R.**
Qui custodiat & illumi-
net nos.

Lectio sancti Euange-

lij secūdum Matthæum.

Lectio vij. c. 2.

I N illo tempore, defun-
cto Herode: Angelus
domini, apparuit in sō-
nis Ioseph in Ægypto.
Et reliqua.

¶ Homilia Lectionis
eiudem.

Consideratis charissi-
mi: quoniam ipse Jesus,
super cœlestibus essen-
tijs superexistens, ad il-
lud quod, secūdum nos
est immutabiliter veni-
ens, non refugit à se or-
dinatam assumptam hu-
manam conditionem.
Descendit obediēs: sub-
ditur Dei Patris per An-
gelos dispositionib⁹. Et
per medios ipsos Ange-
los administratur Io-
seph à patre, disposita
Filij ad Ægyptum reuer-
sio: & iterū ad Iudæam
de Ægypto tránsductio.
Defuncto autem Herode

appa-

apparet Angel⁹ Ioseph: quia nisi à mundo, natu-
ralium curarū mens se-
gregata huius vitæ descé-
dentibus euagationibus
moriens, Christo fuerit
cōsepulta: non meretur
cōsolatione Angelorū,
cōfoueri. Inde enim A-
postolus ait. Mortui enī
estis, & vita vestra ab-
scōdita est cum Christo.
Et Psalmista: Abscōdes
eos, in abscōdito facie i-
tuæ, à cōturbatione ho-
minum. Rx. Dñe Deus
omnipotens adificator
& custos Hierusalem ci-
uitatis supernæ mitte
Angelum tuum. * Ut
custodiat Regnum & lo-
cum istum, cum omni-
bus habitatoribus suis.
y. Conuerte Dñe facié
tuā super populum istū,
& visita nos per Angelū
tuum. Ut custodiat.

Lectione octaua.

I Oseph autem in som-
nis Angelū vidit. Quo
annuitur, inquiete con-
ciētiæ, animæ dormiēti,
consolations cœlestes,
a Deo per Angelum suū
trāsmitti ad requiem in
firmorum. De quo Ioan-
nes in suis reuelationib⁹
ait. Beati mortui: qui in
dño moriuntur. Amodo
iam dicit spiritus, ut re-
quiescāt à laboribus suis
& Psalmista. Si dedero
sonnum oculis meis, &
palpebris meis dormita-
tionē. Hæc requies mea
in sæculum faculi, hic
habitabo quoniam ele-
gi eam. Rx. Regrum &
ciuitatem istam circū-
da domine & Angelitui
custodiant muroseius.
Et exaudi populum tuū
cum misericordia. y
Auertatur dñe furor tu⁹
ab hoc regno & ciuitate
tua. Et exaudi. Gloria.

G

Et.

Et exaudi.

¶ Nona Lectio legitur de homilia Evangelij dominice tertie Iulij.
Ad Laudes & per horas.

Aña. Induit Angelus princeps noster fortitudinem, & præcinxit se virtute, & firmavit civitatem nostram, quæ non commouebitur ab inimicis nostris. **P**salmi. **D**ominus regnauit. **C**um reliquis. **A**ña. Iubilate Deo omnes ciues eius, & scitote quoniam dominus qui fecit nos, ipse custodiet, & liberabit nos. **A**ña. Ad te domine de luce vigilat Angelus princeps & cultos noster super civitatem istam, ideo inimici nostri in variis quæsierunt expugnare eam. **A**ña. Benedicant dominum omnes Angeli eius & repellant a nobis omnes po-

testates aduersas. **A**ña.
Laudate Dominum omnes Angeli eius, & alligate inimicos nostros in cōpedib⁹ & omnes impugnatores nostros in manicis ferreis.

¶ Capitulum Isaiae 37. Hæc dicit dominus de Rege Assyriorum: non ingreditur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eaclype⁹: nec circundabit eamunitio.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens,
A patre semper extens,
Qui de custode subuenis
Ad seruitutem hominis.
In morte adest Angel⁹,
Fit recessenti obuius,
Ut deferat ad brauium,
Fœlicitatem hominum.
Quibus paratur gaudia
In beatorum curia:
Vbi exultant Angeli,
Orationum baupli.
Se rascens dedit sociū,

Mitten-

INDVLGENTIÆ
CANONICIS
NOSTRIS CON-
CESSÆ.



SAbent ius, & ibi ter deuote
primo psalmum Miserere, cùe
prefati oratione pro Papa di-
Canoni- centes, qui vero dictū
ci, & eorum Cōuersi,
Commissi, & Nouitij
concessū à Leone de-
cimo, & deinceps con-
firmatū: quod in die-
bus, in quibus Statio-
nes seu Indulgētiæ sūt
in Alma vrbe Roma,
vel extra vbiunque:
visitantes altare ma-

ius, & ibi ter deuote
psalmum Miserere, cùe
oratione pro Papa di-
centes, qui vero dictū
psalmum & orationē
ignorauerint, quinde-
cies orationem Domi-
nicam, & toties Salu-
tationem Angelicam
recitantes: & hoc pro
fælici statu S. Matris
Ecclesiæ: easdē omnes
stationes, & indulgen-
tias consequantur, ac

¶ si

INDVLGENTIÆ

si personaliter dictas nerali D. Columbino ecclesias visitauerint. Cremonense, à Sanctis
¶ Item habent prefati simo D.N. Papa Pio Canonici &c. ab eodē Leone x. quod tempo- re capituli generalis, eorum confessores pos- sent eos absoluere ab omnibus, etiam reser- uatis casibus, & ple- nariam eis concedere indulgentiam. Eandē indulgentiam habent in die Nativitatis glo- riosissimae matris Dei Marie.

¶ Item habent, impe- tratum à bonæ memo- riae tunc rhectore Ge-

nerali D. Columbino, à Sanctis
¶ Item habent prefati simo D.N. Papa Pio quinto quod in die An- nuntiat. beatiss. virg. Mariæ deuote cōmu- nicātes, plenariam pec- catorum suorum indul- gentiā consequantur.
¶ Eandem eodem mo- do deuote cōmunican- tes, habent in die S.P. N. Augustini, impe- tratam nuperrime per Reuer. tunc Rectorē Generalem D. Marcū Antonium Placenti- num, ab eodē Sanctiss. D.N. Pio v.

¶ Item

CANONICIS.

¶ Item habent ab Eu-
genio quarto, & Sixto
quarto, & deinceps cō-
firmatum: quod reci-
tātes prefati Canonici
semel in unaquaq; heb-
domada per anni cir-
cūlum, septem psalm.
pœnit. Conuersi vero,
uel Cōmissi quinqua-
gies orationem Domii-
nicam, & toties Salu-
tationem angelicam,
pro conseruatione sta-
tus S. R. E. & si una
hebdomada fortasse
cessauerint, alia sup-
plentes possint in arti-
culo mortis quencunq;

ex sui ordinis sacerdo-
tibus: idoneum tamen:
vel in casu necessitatis
alterius ordinis, seu se-
cularem præsbyterum
eligere: quieorum di-
ligenter auditis confes-
sionibus, pœnitentiam
illis iniungere saluta-
rē, atque ab omnibus
valeat eos absoluere,
etiam Apostolicæ sedi
reseruatis casibus, &
indulgentiam conce-
dere plenariam.

¶ Habent etiam ob cō-
municati onem nouissi-
me per sanctiss. D. N.
Papam Pium quintū
¶ ij eis

INDVLGENTIAE

etis factam, omnium
Indulgenciarum eius.
de ordinis Monialibus
concessarum: quod di-
cetes Coronam D. N.
Iesu Christi, quae con-
tinet triginta tres Pa-
ter nostr. & totidem
Aue Ma. & Coronā
beatissimæ eius Ma-
tris: indulgentiam cō-
sequuntur plenariam.

¶ Item quindecies mil-
le annos relaxationis
panarum Purgatorij
quocunq; die dixerint
quindecies Pater nr:
& toties Aue Ma. in
reuerētiā plagarum

seu flagellorum Domi-
ni Quæ quidem si di-
cere perseuerauerint
quotidie per anni cir-
culum omnia visitaue-
rint Dñi flagella.

¶ Item indulgentiam
plenariam, quotiescun-
que deuote commununi-
cauerint.

¶ Et quotiescunque in
solemnitatibus Dñi,
Beatissimæ virginis,
Apostolorum Petri &
Pauli, & D. Patris
Augustini, & die om-
nium Sanctorum, &
omnibus diebus hebdo-
madæ maioris pure fu-
erint

CANONICIS.

erint confessi.

¶ Et quater in anno, ubi se interne compun-
ctos atq; attractos sen-
tientes, pure ac deuote
confitentes, eam à suo
confessore petierint.

¶ Iisdem priuilegijs
sive Indulgentijs gau-
dent dicti ordinis mo-
niales, quæ ipsis Cano-
nicis confitetur, & sub
eorum agūt regimine.
¶ Plurimæ aliæ indul-
gentiae, à sanctissimis

Pontificibus Canoni-
cis Reg. Lat. conce-
ſæ fuerunt: quas bre-
uitatis gratia huic su-
mario minime adducē-
das existimamus: Ca-
nonicis enim & cete-
ris nostri ordinis homi-
nibus, aut per manus,
aut ex lectione sum-
morum Pont. Priui-
legiorum, & Diploma-
tum summorum Pōt.
sunt notissimæ.

¶ iiij



FORMA ABSOLUTIONIS,
quando datur indulgentia plenaria.

Misereatur tui. &c. & Indulgenciā. &c.




Go auctorita-
te Dei omni po-
tentis, & san-
ctorum Apostolorum
eius Petri & Pauli,
& S. D. Nostri N.
Papæ tibi concessa, &
mibi cōmissa Absolu-
te ab omni vinculo ex-
cōmunicationis maio-
ris vel minoris, si quā
incurristi, & à sentē-
tia suspensionis vel in-
terdicti, & rest. tuo te-

vnitati fidelium, & san-
ctis Sacramentis ecclae-
siæ. In nomine Pa-
tris, & Fi-
lij, &
Spūs sancti. Amē.


Iterum eadem aucto-
ritate tibi cōcessa, &
mibi cōmissa absolu-
to te ab omnibus pec-
catis tuis cū plenaria
indulgentia & remis-
sione omnium pecca-
torum tuorum. In nomi-
ne Patris, & Fi-
lij, & Spiritus
sancti. Amen.

Com-





Obra protegida por direitos de autor



Obra protegida por direitos de autor